

I.

Catalogus Patriarcharum Aquilejensium, qui quotannis die secunda Februarii in Festo Purificationis Deiparae recitatur in Ecclesia Collegiata S. Mariae in Civitate Fori Julii.

Primus Patriarcha Prædicator extitit Aquilejæ B. Marcus Evangelista.

Hermachoras Patriarcha.	Eberardus P.
Helarus P.	Gothopoldus P.
Grifogonus P.	Revengerius P.
Theodorus P.	Sigebardus P.
Grifogonus P.	Henricus P.
Agapitus P.	Vodolricus P.
Fortunatus P.	Gerardus P.
Valerianus P.	Peregrinus P.
Benedictus P.	Vodolricus P.
Cromatius P.	Gotofredus P.
Augustinus P.	Peregrinus P.
Adelfus P.	Volcherus P.
Maximus P.	Pertoldus P.
Januarius P.	Gregorius P.
Secundus P.	Raymundus P.
Niceta P.	Petrus P.
Marcellianus P.	Ottobonus P.
Marcellinus P.	Castonus P.
Stephanus P.	Paganus P.
Maxentius P.	Bertrandus P.
Macedonius P.	Nicolaus P.
Paulus P.	Ludovicus P.
Probinus P.	Marquardus P.
Helias P.	Philippus P.
Severus P.	Joannes P.
Joannes P.	Antonius P.
Martenianus P.	Antonius P.
Fortunatus P.	Antonius Card. P.
Felix P.	Ludovicus P.
Joannes P.	Ludovicus P.
Joannes P.	Marcus Barbus Card. P.
Petrus P.	Hermolaus Barbarus P.
Joannes P.	Nicolaus Donatus P.
Serenus P.	Dominicus Grimanus C. P.
Callistus P.	Marinus Grimanus C. P.
Sigivaldus P.	Marcus Grimanus electus P.
Paulinus P.	Joannes Grimanus P.
Ursus P.	Daniel Barbarus el. P.
Maxentius P.	Aloysius Justinianus electus P.
Andreas P.	Franciscus Barbarus P.
Venantius P.	Hermolaus Barbarus P.
Theutinarus P.	Antonius Grimanus P.
Lupus P.	Augustinus Gradonicus P.
Valpertus P.	Marcus Gradonicus P.
Federicus P.	Hieronymus Gradonicus P.
Leo P.	Joannes Delphinus C. P.
Ursus P.	Dionysius Delphinus P.
Lupus P.	
Engelfredus P.	
Rodaldus P.	
Joannes P.	
Popo P.	

II.

Chronicon Patriarcharum Aquilejensium, quod in Tabulario Capituli in Civitate Fori Julii adservatur.

IN nomine Domini nostri Jesu Christi Amen. Post ipsius sacratissimam Ascensionem ad Patrem, omnes Apostoli... missis sortibus per mun-

(a) Apud Muratorium, Grifogonus. (b) Apud Murat. postea in pace vitam in Domino consummavit.

di climata ad prædicandum verbum, propter quod omne genu flectitur caelestium, terrestrium, & infernorum, & in quo salvamur & sumus, omnes dispersi sunt. Et licet Beatissimo Principi Apostolorum Petro data fuerit super universam Ecclesiam atque ligandi & solvendi in cælo & in terra plena potestas: Spiritus tamen sanctus, ubi vult spirans, eundem Apostolorum Principem una cum Coapostolo ejus Paulo Romam deduxit, ubi Sancti Apostoli miraculis & doctrinis prædictam Ecclesiam sub Nero sævissimo illuminaverunt. Quorum discipulus B. Marcus Evangelista, qui ab ore Petri Evangelium scripsit, ex præcepto B. Petri ad urbem Aquilegiam famosissimam, Caput Italiae, Pontificatus ab eodem Petro recipiens baculum, venit; & per plures annos verbum ibi salutis prædicans, & affirmans cum Apostolo quoniam hic est Christus, Evangelium propria manu scripsit: quod hodie in Aquilejensi Ecclesia omnibus volentibus, quia tale lumen sub modio poni non debet, sed super candelabrum ut luceat omnibus, demonstratur. Et sic primus prædicator in Aquilegia fuit Beatus Marcus Evangelista, qui prædicationis suæ rugitu infinitis populis ad fidem Christi converfis; & jam fundata Ecclesia, vultum Petri Magistri sui videre desiderans & ire Romam, populum occulte dimittere satagebat. At Dei nutu, vociferante populo, & petente pastorem, ab omni turba Beatus Hermachoras in pastorem gregis domini electus est. Tunc B. Hermachoras iter cum B. Marco arripens, Romam pervenit: & a B. Petro baculum accipiens Pontificatus, & velamen sacrum suscipiens, Proto-Episcopus provinciae Italiae ordinatur, & super omnes Ecclesias Italiae primatum obtinuit. Et regressus ad urbem Aquilegiam, Ecclesiam suam miro componens moderamine, Seniores & Levitas ordinavit, quos ad Civitates alias Italiae transmittabat. Tandem XX. annorum ab ipsius ordinatione decurso curriculo, omnis ejus sanctis operibus, quæ in Legenda declarantur ipsius, sub Sevasio præside in prædicta urbe Aquilegia, & Nerone Monarchiam gubernante, post diversa genera tormentorum cum S. Fortunato Archidiacono suo decollatus, Aquilejensem Ecclesiam sacro martyrio decoravit, præmittens ad palmam nobiles sacratissimas Virgines, Eufemiam, Dorotheam, Theclam, & Erasmam, quas propriis manibus baptizavit. Hæ Virgines post Christi passionem primæ per martyrii palmam immaculato Agno sua corpora tradiderunt. Quæ in Ecclesia Aquilejensi cotidie gloriosis coruscant miraculis. Hujus S. Præfulis precibus Aquilejensis provincia est ab invasione dæmonum liberata: nec aliquis de hac provincia, ubicumque fuerit, a Dæmone vexari potest, nec periclitari moribus scorpionum.

Huic beatissimo Proto-Præsuli successit D. Helarus Patriarcha, qui sibi commissum populum in fide Christi verbo confortans & opere, expletis ordinationis suæ annis X. sub Numeriano Principe, una cum Taciano Archidiacono suo, & aliis tribus Dionysio, Hilario, & Felice, bonum certamen certantes, cursum glorioso martyrio consummarunt.

Helaro successit Grifogonus (a) Patriarcha, qui completis annis X. suæ ordinationis, mirifice rexit Ecclesiam. (b)

Grifogono successit Theodorus Patriarcha, qui XI. anno (c) ab ipsius ordinatione vitam martyrio consummavit.

Post hunc successit Grifogonus Patriarcha, qui ple-

(c) Apud Murat. IX. annos ordinationis suæ mirificus pugator pro fidei catholice nomine in pace migravit ad Christum.